


OK. 267/53



DE COELO APERTO ET ANGELIS SVPER
FILIVM HOMINIS ASCENDENTIBVS ET
DESCENDENTIBVS.

DISSERTATIVNCVLA GRATVULATORIA
VIRO
SVMME VENERANDO
**M. IO. GOTTLLOB
RICHTER**
PASTORI ET SVPERINTENDENTI FREYBERGENSI
GRAVISSIMO,
CVM MVNVS EPHORALE
FESTO PASCHAT. CICICLXXXI.
ADIRET
DICATA
A PASTORIBVS DIOECESIS
FREYBERGENSIS
PER
M. IO. FRIDER. MVDRE
PAST. MITTELSAYDENS.



FREYBERGAE,
Typis BARTHELIANIS.

DEUTSCHE GESCHICHTE
VON ANGELIUS ALBERT
DIESENBERGER

DIGESTATIUNCIVILIS GATULANIA

U. I. R.

CONFIDENTIALE

M. I. O. GÖTTLOB

RICHTER

DEUTSCHE RECHTSBÜCHER

DEUTSCHE RECHTSBÜCHER

DEUTSCHE RECHTSBÜCHER

DEUTSCHE

APPROPRIA DICCEIS

DEUTSCHE RECHTSBÜCHER

DEUTSCHE

M. I. O. HERDER MADRS

DEUTSCHE RECHTSBÜCHER

VIR SVMME VENERANDE

AMPLISSIME DOCTISSIME

SVPERINTENDENS ET FAVTOR PIE
COLENDE.

Nunquam non in rerum natura ex improviso evenire solet, quod ob rationes, nosmet ipsos latentes, animo conceptum praefensi-
mus, id quod nunc experientia edocet, Frater TVVS, amicitia, munere sacro, et confessionarii nomine olim mihi conjunctissi-
mus, testabitur. Ambulantibus enim nobis in campis Eschefeldensibus
prope urbem Altenburg, vitamque iam transactam et fata tam praeterita,
quam probabiliter futura, lustrantibus, in mentem venit, ut quaestione in
inter nos moveremus de animi divinatione, omnium gentium, ut ait
Cicero, firmata consensu, et quidnam de ea sit statuendum? Paullatim,
ut fieri solet inter amicos, sermocinatio nostra ad TE Freybergam
dirgebatur. Coepit iam est a nobis celebrari divina providentia, quae
Thalemanni, Theologi atque Professoris olim Lipsiensis laudatissimi,
sed proh dolor, citius, quam par erat, theologiae, ecclesiae atque lite-
ris erexit, cura atque erga TE amore singulari, Freybergam rogatus,
TE mitteret, ut ibimet doceres oracula divina, quae a vita TVAE
primordiis, Parente optimo duce, insigni atque innato quodam amore
impulsus, vitae TVAE decus atque ornamentum elegeras.

Etiam si non cadit in homines, futura nobis non manifestata et plane
contingentia vel investigare, vel praesagire velle; attamen, nescio, quo



sato factum est, ut TE fortasse aliquando antisitis ecclesiarum Freybergensium munere functurum esse, Frater autumaret. Ego vero quoque, inquam, in istis regionibus montanis vitam degere optem.

En. vero, VIR MAXIME VENERANDE, quam mirifice eventui responderunt amicorum ioci et, ut ita dicam, vaticinationes, ex pectore fraterno profectae. Contigit TIBI, sic iubente divina, quae curat ecclesiam, providentia, ut Senatus Populique Freybergensis unanimi consensu Pastor electus, nunc Electoris dilectissimi et supremi consilii mandatis, ecclesiarum, quae sunt in circulo Freybergensi, doctoribus, optatus praesideas. Contigit mihi, ut in has montanas regiones pastor libere missus, TIBI studiorum societate olim Lipsiae mihi conjunctissimo, et nunc Ephoro exoptatissimo, laetis votis precibusque obviam veniam. Fruimur iam laetitia, quae studiorum animorumque conjunctio et futurorum praesensio olim nobis promiserat, congratulationibusque nostris ad TE accedimus, iubentissime ardentissimeque Deum precaturi, ut muneric T VI amplissimi ingentia arduaque negotia, ab omni parte fausta felicissimaque esse iubeat.

Libenter quidem fateor, neque muneric T VI rationem, neque instituti mei conditionem finemque exigere, ut pastorum nomine et titulo ad TE scribendo, novi aliquid proferendi affectem speciem atque finistram gloriam. Nam quae nova a nonnullis nostra aetate in medium prolata sunt et quotidie venundantur e scriptis Socinianorum, Arminianorum, et quorundam eorum, qui Philanthropiae blando et praeclaro nomine frontem suam mirifice insigniverunt, aliorumque dogmata et scripturae S. interpretamenta, iam ante nos sunt trita, discussa et sexcenties recoceta, tanquam novae terrae deliciae mensis et naribus eruditonem apposita, gustata, iterumque rejecta et refutata. Immota enim flat in aeternumque stabit antiqua veritas, a Deo per Mosen, Prophetas et Apostolos ipsoque Dei filio hominibus manifestata. Quemadmodum enim nebulae

nebulæ et surgentes e montibus et fluviis vapores, ad tempus quidem solis lucem obnubilare, sed non tollere valent, sic veritatis divinæ lux aeterna in sacris literis nobis accensa, perversis hominum scripturam interpretantum, artibus, obtenebrari quidem, sed nunquam mutari aut penitus tolli poterit. Simillimos iam vides plerosque interpretes et scriptores nostræ aetatis puellis et mulierculis, quae capite, fronte et crinibus a creatore sibi datis non contentae, multifarie et mirifice crispantur et comuntur et capitibus imponi curant ornamenta a natura sua alienissima, ut præ reliqua mulierum plebe longe eminere et emicare videantur. Sic etiam nonnullis interpretibus, quoniam non suis a natræ sibi datis, sed vitreis artificum oculis investigare et videre veritatem volunt, accidere solet, ut lucem veritatis non nudam et naturalem sed variis coloribus indutam mixtamque intueantur et ament. Et quæcō, quaenam est illa nova sapientia, qua se divinitus praeditos iactant isti novi ecclesiærum hominumque reformatores et intelligentiae sanæ restauratores, et propter quam aggrediuntur imperatores et reges, vociverantes, millenarium esse numerum eorum, qui veritatum antiquarum et inde ab Apollorū aetate receptorum exsirpationem ejectionemque optent?

Nemo non videt, perversas cupiditates omnibus innatas, esse matrem atque auctriem peccatorum, irideque oriundorum malorum, quae ipsa est V. et N. T. doctrina. Nostrī vero novatores negant, peccandi cupiditatem atque facilitatem hominibus esse innatam, verum alios imitando acquisitam affirmant. Inde a mundi origine esse adversarium Dei et hominum, vel ipsa, ni fallor, perversa et multifaria interpretatione locorum de diabolo et daemonibus, probatur. Quaenam enim vis major atque potestas contingere potuisset diabolo, quam ut inveniret doctores ecclesiae, qui omnis generis peccata sceleraque atrocissima, caedes, paricidia, adulteria, alia, nemini, nisi humanae naturæ infirmitati imbecillitatique tribuenda esse, arbitrarentur, cum ipse Dei filius et Iudeæ hor-

rendum facias abominandamque avaritiam, et Petri demeritatem, inconstantiam et abnegationem Satanae telis atque insidiis tribuat. Ipsi hostes filio Dei infestissimi negare non sunt ausi, Iesum esse doctorem hominibus coelitus missum; Nos vero, vel potius nonnulli nostrum, scriptis suis novam istam doctrinam promulgare student: Iesum falsis e Chaldaismo et Gentilismo sumitis indulgere opionibus, erroribus atque praeiudiciis de daemoniis, praefligiis aliisque rebus et potius tacere, erroresque Iudeis relinquere, quam nudam veritatem de rebus, in oculos et sensus non cadentibus, tradere voluisse. Quapropter, quoniam isti dictatores sic volunt, sic iubent, diabolos, qui Christi verbo ex hominibus in porcos migrarent, fuisse oportet morbos. Quisnam vero unquam vel philosophorum sagacissimus vel medicorum experientissimus docere et demonstrare potuit, morbos ex corporibus humanis decentes, in animalia bruta vel alia corpora ita transmitti posse, ut porcos in maribus pereundos truderent?

Eam porro Paulus, ille a Deo constitutus magnus apostolus, qui institutam a Iesu moribundo sacram coenam et de ea Christi doctrinam a Deo ipso sibi traditam, a nemine adhuc refutatus, gloriatur, 2. Cor. V. 14. affirmat, hanc esse ecclesiae fidem, hoc christianae doctrinae Θεμέλιον: Quoniam Christus pro omnibus (*ὑπὲρ πάνταν*) sit mortuus, propterea omnes (*καὶ πάντες*) esse mortuos, quae verba recte interpretata, alium non admittere possunt sensum, quam: Christi, filii Dei et hominis, mortem, ita a Deo, iudice, reputari, ac si omnes homines mortem, pravitate sua dignam, perpeſſi effent. Nostri vero novi interpres clamant, se nihil de morte Christi expiatoria ad salutemque humanam necessaria in scriptis sacris videre et reperire posse; mortem Christi propterea nobis dici salutiferam, quoniam a Christo, sanctitatis exemplo nos praeciente, discenda nobis sit virtus, fides, patientia, constantia, spes, id enim esse cum Christo pati, mori, sepeliri, e mortuis revocari et sic Christum

pro

pro nobis esse mortuum et peccata nostra sustulisse. Tantus doctorum evangelicorum acervus uno consensu docet, aeternam salutem nobis tribui propter fidem in Christi merita, quibus impulsus Deus iniustos iustos, nocentes innocentes pronuntiet simulque ipsa iustificatione per spiritum Iesu Christi ex malis bonos reddat, viresque iis ipse tribuat, ut praecepta divina exequi queant; novae autem fabricae auctores impune docent: aeternam salutem nobis dari propter virtutis nostrae integritatem, hoc est: iustitiam inhabitantem et reele factis acquisitam, quae sane nulla sine fide in Christum esse potest. Doctrina sacra haud obscuris sed clarissimis verbis nos instituit, in Deo esse aeternum spiritum, qui cum patre et filio veram et unam divinam essentiam constitutus, cui sit munus homines docendi, eosque ad fidem, sanctitatem, obedientiam, patientiam et constantiam libere movendi traditum, qui nobis largiter donatus sit per illud sanctum lavacrum, quo ipse opus regenerationis, omnibus necessarium, inchoaverit, et cui bona quaevis, a nobis praeflita, merito sint tribuenda; Nostra vero aetate nova illa sapientia caput extollit: Spiritum S. esse vim illam et potestatem divinam, quae attributis divinis annumeramus. Christus una cum suis apostolis affirmat decalogi tradi leges aeternas, omnibus hominibus ad felicitatem acquirendam necessarias, etiam si respectu ad posteros Abrahami habito; quod nemo negabit. Hodierni vero ingenii interpretes in praeceptis istis tanta auctoritate promulgatis, et confirmatis, non, nisi leges, ad oeconomiam iudaicam pertinentes, vident. Itaque se iustis illis annumerant, quibus nulla lex est data. Quid inde mirum, doctrinam de *Geoffreyus* S. S. et librorum sacerorum auctoritate ita ab iis torqueri et cruciari, ut nemo fere intelligere possit, quidnam in sacris literis Spiritus divini impulsu sit scriptum, quid non, et quomodo scriptores sacri Spiritu divino fuerint acti. Sic doctrina divina ab istis novarum revelationum fabris multisfarie conspurcata luget et dolet, tantam esse hominum perversitatem, ut gigantica audacia et protervitate montes montibus imponere, Deumque ex coelo pellere velle videantur.

Non



Nonnulli iam verentur, ne iusto amplius ruat ista scribendi atque nova dicendi cupiditas, et maculas, suis scriptis doctrinae divinae illatas, leniter abstergere incipiunt; verum caveant, ne verbis Horatii excipiantur: Risum teneatis amici? quoniam vulnera lenire stulant, quae ipsi Scripturae S. et religioni et dictis et factis inflixerunt. Herostratum rideamus, qui, ut nominis sui ignoti famam per orbem spargeret, Diana templum combusit, quid quæsio, istis doctoribus fiet, qui, ut libertatem cogitandi et scribendi affectent, aperte glorianter: Se omnis esse intelligentiae humanae magistros et veritatis dictatores constitutos, et tamen, ut nominibus suis iniuritatis maculam inurerent, veritatis firmamentum certitudinem et solatium hominibus penitus eripiunt. Neminem latere potest, quidnam erectae atque maculatae veritatis loco sui ingenii hominibus porrigant, nimiriū magna illa dictamina atque nova theorematum: Ego N. N. hoc dixi. Mihi intelligentiae omnis ac sapientiae arbitrio credatis. Lutherus vero, Melanchthon, Camerarius, reliqui asimina laborarunt ingenii stupiditate et puerili imbecillitate litteras sacras explaverunt. Quo enim quisque callidius Scripturas S. contorquere Christumque e libris Mosis, Prophetarum et Apostolorum expellere didicit, eo majorem se iactitat magistrum, qui hominibus in tenebris palpantibus lucem accendere videatur.

Quibus autem novis, veraeque antiquitati plane incognitis dogmatis, quum nihil inest, quod vel TIBI, VIR VENERANDE, vel nobis metipsis vel cuiquam doctorum vere evangelicorum solatio et voluptati esse possit, dignitatem et munus TVVM gratulabandus antiqua Christi verba Ioh. I, 51. eligam, quae, quantum est in viribus, ita, non explicare, sed illustrare, hac mea qualicunque scriptiuncula, animo constitui, ut TE confirmatum aliquantulum relinquant firma in Deum et Christum fiducia, qua ad gubernandam TIBI traditam accessisti provinciam ecclesiasticam. Neque TV quidem me verborum Christi interprete indiges,

indiges, nec egomet is sum, qui haec verba illustrando praeceferis ephoriae doctoribus eminere valeam. Attamen TIBI non displicebit studium, quo animi pietatis erga TE declarandae cupiditate ducor. Laudabis certe voluntatem, majoribus viribus, majorique dexteritate destitutam.

His vero in medium prolati verbis, Nathanaeli profitenti: Tu es filius Dei, tu es rex Israelis, Iesus respondet: Profecto, ab hoc ipso momento videbitis coelum apertum angelosque Dei ascendentis et descendentes super filium hominis.

Admiranda sane ex his Nathanaelis dictis elucet ingenuitas. Veruntamen non diffitendum existimo, Nathanaelem verba sua prolata nec plane intellexisse, neque vidisse, quoniam sensu, quanamve ratione Iesus vel filius Dei vel Israelitarum rex appellaretur. Sic fortasse accidit optimo Nathanaeli, quod deinceps pessimo Caiphae, qui pontificis nomine, longe satius esse populo vaticinatus est, ut unus pro populo universo interficeretur. Veruntamen Christus haec Nathanaelis verba, bono animo dicta, non tantum probare, sed etiam explicare ulterius voluit.

Luce clarius est, Christum, Nathanaeli responsorum, respexisse ad somnium (Gen. XXVIII. 12. 13.) Iacobo Patriarchae, Mesopotamiam fuggienti, divinitus oblatum. Iacobus solus pauper, a fratre Esavo morti devotus, e patris familia et gremio ausfugerat. Defatigatum nox et curae obruerant, nec quicquam precanti supererat, quam tutelae divinae spes atque fiducia. Etsiam si concedimus, neque scalam illam coelestem, nec nuntios divinos, neque Deum in scala stantem et cum Iacobo loquenter, extra mentem Iacobi visibilia adfuisse, quoniam, quae imaginatio, vel revelatio sonno producit species, non nisi simulacula rerum extra mentem positarum esse possunt; tamen divina revelatione et benignitate somnium illud Iacobo contigit, nec dubium esse potest, quia Deus, a Iacobo visus et auditus, una cum suis sanctis exercitibus animo Iacobi vere praesens adfuerit. Nam ubi Deus loquitur ac mente cernitur, ibi


vere adest. Cardo rei in hoc ipso versatur, quod Iacobus et dictis et promissionibus divinis erigi et ipse firmam animo fiduciam concipere debuit: Deum secum esse, nec passurum, vel ab Esavo, vel ab ullo hoste promissiones divinas irritas reddi. Respicit simul Deus ad promissa Abraham facta, Messiam ex ipsa Abrahami progenie ortum iri. Inde iam coelum Iacobo et posteris est apertum, via, qua Deus ad homines se demittat, non amplius paeclusa, nec quicquam impedire potest, quo minus homines ad Deum se erigere et coelum descendere possint. Nam in scala illa, Iacobo divinitus ob mentis oculos posita, angeli ascendunt et descendunt. Vbi vero conspicuntur angeli, ibi Deus, ibi via ad aeternam felicitatem hominibus patefacta. Cum igitur angeli super Iacobum dormientem conspicui sunt, ipso hoc facto pater Messiae declaratur, simulque vitae et benedictionis divinae firma fiducia confirmatur.

Quam vero Jacobi revelationem, si a Christo ad se translatam sibiique applicatam legimus, primo apparet, Christum hisce suis verbis scriptorum mosaicorum auctoritatem divinam agnosceret et stabilire voluisse. Deinde afferit et confirmat, Iacobi non ipsis esse annumerandum somniis, quae hominibus, corpore quiete consopito, ex causis naturalibus obtingunt, sed esse verissimam Dei revelationem, Iacobi, precibus ardentissimis obdormientis, praemium et benignitatis divinae coeleste pignus, nec Iacobum propterea tanquam impostorem esse vituperandam, (ut nuper factum est) quod matre auctrice fratrem Esavum primogeniturae dignitate privaverit. Neque illud somni divinitatem incertam reddere poterit, si vel maxime proferre velis, huiusmodi somnia ex meritis causis naturalibus derivari posse. Nam in omnibus revelationibus Deus humanam naturam non tollere vel mutare sed ea sic uti voluit, ut rerum coelestium capax atque intelligens reddatur. Quod igitur somnium, si Christus ipse, veritatis divinae testis irrefragabilis, Iacobo divinitus donatum affirmat, nobis persuasum esse debet, et Deum et angelos et scalam coelestem Iacobo

dor-

dormienti haud dubie adfuisse, et si non humano, tamen divino in ore, non corporis sed animi oculis manifestata. Nam quemadmodum vere adfunt res, quae sanis cernimus oculis, et vera imago rerum, ita etiam veras adesse oportet, quae divinitus percipimus res, etiam si non nisi ratione in sensu cadente, percipi possunt. Quis enim dubitet, quin amicus corpore absens, animo vere adsit, dum ipsius mente videmus imaginem, attamen adeat non corporali, sed ideal modo. Deus autem omnibus piis, dum mente cernitur, est praesens non tantum idea, sed essentia. Nam quid sibi aliter velint Pauli verba (Act. XVII. 18.) ἐν αὐτῷ γάρ
ζόμεν, καὶ κινέμενα, καὶ ἔτενεν.

Accedamus autem proprius ad verba Christi eorumque verum sensum eruamus, et quam ob rem Christus utatur verbis, a Iacobi somnio desumatis, causam investigemus. Non ita vero plana, indubitate et perspicua sunt, ut primo intuitu videntur. Nemo non intelligit ἀπὸ ἀρχῆς esse ab hoc temporis momento, ubi Nathanael, Philippus, Petrus et Andreas, haud dubie et Ioannes, Iesum fuerant aggressi. Ioannes his verbis accurate notare voluit tempus, a quo muneric mediatorii initium fiat. Verbum ὅπερα δοξας de visione, quae fit oculis et animo, intelligo. Coelum ἀνεῳγότα non tantum de coelo sive firmamento visibili, sed maxime de coelo invisibili, quod est regnum gratiae et maiestas divina, explicandum arbitror. Major difficultas esse videtur in verbo ἀγγέλων. Gen. XXVIII, 12. מֶלֶךְ אָנָשִׁים haud dubie sunt coelites isti, quos vulgo sanctos appellamus angelos. Nam in visione illa alii non aderant legati divini. Verum in nostro loco alia est res. Nam Iesu Christi missio divina non per angelos tantum, sed per multos alios legatos divinos manifestari et confirmari debuit. Quoniam autem מֶלֶךְ אָנָשִׁים proprie sunt legati, et angeli metaphorice ita appellantur, quod a Deo allegantur, (Pf. CIV, 4.) propterea negari non poterit, angelos Dei hoc loco esse quoslibet legatos divinos, quorum ministerio et cura omnes homines



certiores reddi debuerunt, Iesum esse filium patris aeterni et Messiam hominibus promissum. Eadem fuit interpretatio Lutheri, quam confirmare videtur Philippus, ille communis Germaniae doctor, cum in oratione in D. Martini Lutheri funere habita (Declam. Tom. 3, p. 30.) ita de Luthero, haec verba Christi explicante, scribit: „Deinde angelos ascen-
„dentes et descendentes in Christi corpore, ministros evangelii esse di-
„cebat, qui primum duce Christo ascendunt ad Deum, et ab eo evan-
„gelii lucem et spiritum sanctum accipiunt. Postea vero descendant,
„id est, ministerio docendi inter homines funguntur.“ Quae omnia
sunt verissime dicta et simul analogia fidei probata. Eadem ratio valet
in verbis Satanae et Diaboli, quae proprie quenlibet adversarium, calum-
niatorem et impostorem, deinde tropice illum Dei et hominum adver-
sariorum indicant, a quo omne peccatum originem trahit, ita ut accurate
sit dispiciendum, quo sensu haec verba adhibeantur. Verba δαιμόνιον,
δαιμονίον iterum, vel de morbis animi e. g. melancholia explicari
possunt, vel de malis angelis et spiritibus. Verum ex attributis et praedicatis
apparebit, quisnam eorum verus sit sensus. Sic v. c. δαιμόνιον,
(Luc. XIV, 4.) a quo Iesus liberavit mutum hominem, haud dubie fuit
spiritus sive angelus malus, nam v. 18. explicatur per verbum σατανας.
ἀκάθαρτον πνεῦμα autem, quod v. 24. occurrit, est perversa hominum
cupiditas et mala perpetrandi adsueta dexteritas. Quodsi igitur liceat
mihi proferre, quod de angelis ascendentibus et descendentibus sentiam,
erit hoc: Christum loqui non tantum de angelis a nobis sic dictis, sed
de omnibus legatis divinis, per quos maiestas Iesu Christi divina et
aeterna demonstrari, confirmari et illustrari debuit, et sane hoc factum
est etiam ab angelis, in nativitate, resurrectione et ascensione Iesu Christi
conspicuis, maxime autem per apostolos, (מלאכיהם) qui per evangelii praedicationem
coelum aperuerunt gentibus et nunc aperiunt per doctores
vere evangelicos,

propositum non invenimus, sed in aliis locis, quod non invenimus.

concedit enim modo sicut in scriptura nostra, et in aliis locis, quod non invenimus.

et in aliis locis, quod non invenimus.

Benge.

Bengelio assentire nequeo, qui in Gnomone ad h. I. existimat: ἀναβάνειν non sine gravi causa priori loco poni, nimirum ut patesiat, angelos Dei iam esse in terris. Angeli enim ibi sunt, quo a Deo mittuntur. Deinde in Sept. Gen. XXVIII, 12. haec verba eodem ordine leguntur: ὅς ἀγγελος τῷ Θεῷ κατέβαντος καὶ κατέβαντος ἐπ' αὐτῷ. Varietas notatu digna est in praepositione ἐπί, quae Gen. XXVIII. cum dativo, Ioh. I. vero cum accusativo constructa occurrit, id quod procul dubio non sine gravi causa evenit. Dicant graecarum, in primis autem sacramrum litterarum scrutatores: vel tironibus esse notum, praepositionem ἐπί; mox cum dativo, mox cum accusativo conjungi et tamen eandem admittere significationem. In utroque loco verti posse per *in*, *sub*, *super*. Concedam. Veruntamen mihi quoque concedi poterit, Christo innovuisse, casu praepositionis ἐπί mutari sensum posse, et hac ipsa occasione a Christo mutatur. Quodsi igitur Christus verbis Sept. uti mos erat evangelis et apostolis, uti vellat, sibi dicendum fuisset: ἐπὶ τῷ θύμῳ τῷ αὐθεώπῃ. Sed quoniam mutat casum et dicit: ἐπὶ τὸν θύμον τῷ αὐθεώπῳ, vel maxime exinde patet, totum sensum mutari. Propterea in loco Gen. vertendum puto: In hac scala angeli ascendebant et descendebant, in loco vero Ioannis: Super Christum, vel propter Christum videbitis angelos ascendentes et descendentes. Nam his in locis verba οὐλίμαξ et νίση τῷ αὐθεώπῳ sunt opposita. In scala proprie sic dicta ascendere et descendere possunt angeli, specie humana induati. Filius vero hominis sensu literali non est scala. Itaque Christus, cuius imago tantum fuit scala Iacobitica, ex instituto dixit: Super filium hominis. Deinde si Christus verba sua hebraice pronuntiaverit, sine dubio dixisset: עַל־בְּנֵי־הָעֵדָה, cum tamen Genel. XXVIII. legatur בְּנֵי, in illa nimirum scala. Sic eadem praepositio cum accusativo conjuncta occurrit Matth. III, 16. ubi homines Christo baptizato adstantes confixerunt τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ καταβαῖνον καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτὸν. Ex his mea quidem sententia appetat, scalam a Iacobo visam, et filium hominis esse quodam modo synonyma, sed

tamen ita declarata, ut ex praepositione varie constructa eluceat, Mosen loqui de vera scala, somno visa, Christum vero de se, per illam scalam coelestem praesigurato, iam vero oculis hominum conspicuo. Praepositione autem ἐπί, si vel cum genitivo, vel dativo, vel accusativo construatur, sensum saepe numero mutari, vel ex Schoettgenii Lexico et exemplis e S. S. ibi allatis apparebit. Itaque Christus haec verba ad se applicare, iisque indicare voluit, se esse eum, qui vere terram cum coelo conjunxit nobisque viam ad coelum aperuerit.

Explanatis igitur loci nostri verbis, dispiciendum nobis erit, quae nam de illis interpretum sit sententia, et quae nam Iesu Christi mens atque consilium. Andreas Osiander in bibliis brevibus sic explicuit: „In „dies magis magisque intelligetis, me esse eum, qui figuratus est in vi- „sione, qua apparuit Deus Iacobo in Mesopotamia.“

Celeberrimum D. Ernesti in praelectionibus ad Ioannem ita explicitem audivi: „Intelligetis ex meis dictis et factis magnitudinem donorum coelestium, „quae mihi a patre data sunt, per quae possim dicere et facere, quae alius „dicere et facere non potest,“ ex quo patet Ernestium nostrum haec verba explicare per allegoriam. Provocat ad Witsii meletemata, quae mihi non sunt ad manus. Auctores bibliorum Würtenberg. eadem Christi verba et symbolice et mystice interpretanda esse censem, symbolice esse impleta in baptismo, resurrectione, ascensione, et demum implenda fore in extremitate iudiciorum; mystice intelligenda esse de regno gratiae et via in coelos per Christum aperta. Verum libenter fateor, me non assentire posse mysticis sacrarum literarum explicationibus, quoniam in scriptis humanis non dicitur mystice loqui, qui una verborum conjunctione multiplicem sensum profert, id quod praeprimis sit in elocationibus tropicis et allegoricis. Tantum igitur abest, ut hunc locum interpretando ad mysticas rationes configundendum sit, ut potius afferamus, verborum Christi unum eumque luculentissimum esse sensum. Nam Iesus se simillimum

iam

iam esse factum, inquit, Iacobo Patriarchae, etiam si multo sit eo prae-
stantior et major. Jacobum fuisse hominem pauperem, pavidum, ab
omni solatio humano alienissimum, et tamen ita Deo carum, ut angelos
ascendentes et descendentes videret, ac si ascenderent ad Deum, Deo-
que nuntiarent: Hac in terra recubat Iacobus tuus dormiens, iterumque
a Deo descenderent, i. e. redirent, et Iacobo dicerent: Noli tremesieri.
Nam Iehovah est tecum. Jacobum tandem audivisse Deum loquentem
et certiorem esse factum, omnia ita esse eventura, ut Deus promiserat.
Nam socios se habere angelos ipsumque Deum, qui esset Iehovah et
promisssis et minis immutabilis.

Quorum itaque verborum, si periphrasis addere liceat, mea quidem
sententia erit talis: „Me quidem contemplamini oculis humanis tan-
„quam filium Adami promissum, et prosectorum iam inferior factus sum
„patriarcha Iacobo, Mesopotamiam proficidente. Nam a patre meo coe-
„lesti homo missus sum in hanc terras desperditas, et regiones a patria
„mea coelesti remotissimas, opibus, amicis, parentibus, auctoritate omni
„humana destitutus. Quemadmodum autem mihi est persuasissimum, me
„esse filium Dei, sic vos ipsi exinde melius et clarius intelligetis, quo-
„nam sensu appellandus sim filius Dei et rex Israelis. Iam in baptismo
„meo vidistis coelum apertum, Spiritumque patris super me descenden-
„tem. Audivistis ipsi verba patris mei; me esse filium Dei dilectissi-
„mum. Attamen dico vobis, quae res est, haec tantum esse muneric
„et majestatis meae parva initia. Majora iam expectare potestis. Vos
„me appellatis regem Israelis, et ipse sum ille, qui scala coelesti Israeli
„olim conspicuus sum factus. Per me et munus meum et doctrinam
„meam, in primis autem per mortem meam, via patebit ad Deum. Mihi
„data est potestas super omnes coelos et angelos. Me circum legati
„Dei stant et mandata mea exequuntur. Verbis et factis demonstrabo,
„me non esse merum filium hominis, sed potius filium Dei aeterni, per
„cuius



„cuius praedicationem, mortem, resurrectionem, ascensionem, glorificationem et depreciationem et vobis et credentibus omnibus in me, via in coelum aperiatur, ut tam in hac vita intimo utantur Dei amore et angelorum confortio, quam in altera in coelum per me apertum i. e. aeternam felicitatem, angelorumque societatem celebrissimam tamque exoptatissimam perducantur. Sic verba Christi, ut arbitror, proprie explicata, nullo negotio possunt intelligi, neque opus est ad sensum duplicum vel triplicem confugere.

Cum igitur verborum Iesu Christi verum sensum reperiisse videar, animus adhuc advertendus est ad alteram disquisitionis partem. Nimirum: Num Iesus h. l. loquatur verbis vel propriis vel tropicis, deinde si tropica sit oratio, qualis sit tropus, quo Christus utatur? Respondeo: Orationem Christi esse propriam, etiam si tropicae simillimam. Iam monuit celeberr. Ernesti in institutione interpretis N. T. (Cap. II. §. 7.) verba cum transferantur ad res, quae proprium verbum non habent, propriis paria esse, id quod vel sexcenties necessario fiat in revelandis et describendis rebus divinis, quis est, qui non videat? Sic v. c. verbum creatoris, si usurpatum de Deo, est tropicum, quoniam alium homines ignorant creatorem, nisi artificem, qui ex rebus iam existentibus, auro, argento, ligno, aliis, aliiquid producit, quod antea non tale adfuit. Eadem ratio est verborum conservatoris, redemptoris, angelorum et reliquorum. Latinum verbum legere plane est tropicum admittentibus de lectione libri, et tamen usita proprietate et civitate donatum, ut nemo explicet, quid sit librum legere. His praemissis clarum erit, plurima loci nostri verba ἔγαντος, οὐδὲ τὰ ἀνθεπτά, αὐθαδύνει, καταβάνει poni tropice, sed tamen pari perspicuitate, ac si essent verba propriissima, quae tamen in rebus coelestibus explicandis non possunt reperiri. Nam si Iesus res et veritates coelestes coelesti et divino more docere voluisse, quisnam doctorum intelligere verba, nihil dicam de rebus, potuisse. Itaque Iesus loquitur humano

humano more. Nam coelum videmus, nuntios novimus, montes et scalas vel ascendere vel descendere de ipsis possumus. Propterea verba Christi de visibilibus rebus desumpta, applicanda sunt ad invisibilia, et tamen sic quoque proprie intelligenda.

Idem docuit Glassius in philolog. S. p. 1886. Coelum apertum h. l. dici metaphorice, allusione ad scalam facta. Vti enim, inquit, scala, a terra usque in coelum extensa, via in coelum visibilem aperitur, sic per Christum spiritualiter et virtualiter coelum nobis fuit apertum, dum merito suo Deum nobis reconciliavit et perfecit, ut nuntii divini hominum causa adscendant et descendant, vel, si de angelis intelligas, πάντες sint λεπτεργυκὰ πνεύματα εἰς διανοίαν ἀποσελλόμενα διὸ τὰς μέλλοντας κληγορεῖν σωτηρίαν. (Hebr. 1, 14.) Eadem ratione tropica sunt verba Dei (Hebr. 1, 5.) οὐός με εἶ συ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκό σε, et tamen propriissimis paria. Nam quemadmodum filius vitam et essentiam habet a parentibus, sic filius Dei essentiam suam aeternam duxit a patre suo coelesti ita, ut nulla necessitas adsit, quare de sola resurrectione Iesu Christi hominis intelligenda esse dicamus. Nam Iesu resurrectione demonstratus est filius Dei, quoad humanam naturam. Hinc coelum inde a tempore, quo Iesus a Joanne baptizatus erat, proprie fuit apertum, et filius Dei proprie genitus est a patre, etiamsi nemini in mentem venire debeat, Christum esse scalam ligneam, vel progenitum esse ratione humana, et ab hominibus peccatoribus.

Deinde angeli, ut idem Glassius l. c. monet, dicuntur per allegoriam ascendentes et descendentes super filium hominis, respectu ad scalae mysterium habitu. Sicut enim in scala, inquit, consistunt et sustinentur ascendentes et descendentes, sic in Christo Dei filio omnes creaturae consistunt et verbo potentiae suae sustinentur. — Verbo, Christus est auctor et fons omnis salutis, quam Deus omnibus creaturis promisit et donat, atque rex coeli et terrae, hominum et angelorum. Cum igitur Iesus assumptionem humanae naturae per descensionem de coelo describit, non dubium est, quin hisce verbis simul mysterium incarnationis indicare voluerit.

C

quo

quo, ut Lutherus dixit, angeli non satis possunt laetari. Sic haec verba, allegoriae magnam speciem habentia, propriis sunt aequiparanda. Nam propter Christum et super Christum et a Christo ascendunt et descendunt legati divini et humani, etiam in ecclesia, ministeriumque a Deo propter Christum sibi demandatam fideliter exercent in templis, domiciliis et animis fidelium vel viventium vel ex hac misera vita emigrantium.

Digna sunt verba D. Lutheri super hunc locum (Tom. II. Eisleb. p. 474.) quibus dissertatiunculae meae fine m et quasi coronam imponam:

„Derhalben, so will Christus mit diesem Text die Figur und Bild der Kirchen mit dem Patriarchen Iacob uns vorhalten und uns Christen auch trösten und stärken, gleichwie Gott damals den Patriarchen Iacob getröstet hat. Denn wenn wir gläubten an ihn und lassen das Wort unsfern Trost seyn, so spricht denn der Glaube: *Ey der Himmel stcket offen über uns!* er ist nicht mehr zugesperret. Denn so wir Gottes Wort groß halten, so werden wir die Gegenwärtigkeit Christi und der lieben Engel in unsfern Herzen fühlen, und der Glaube es gewiss dafür halten, dass daselbst gewiss Gottes Haus sey. Und wenn gleich die Christen auf dem Felde oder in einem wüsten Walde wären, so macht der Glaube doch sie zur Kirche Christi. Denn wo solche Leute sind, die durchs göttliche Wort ihre Herzen erleuchten lassen, und den heiligen Geist haben, da muss Gott auch seyn, und zwar, als unsrer gnädiger lieber Vater, und wir haben durch Christum auch einen fröhlichen Zutritt zu Gott, dass wir sagen: Abba, lieber Vater, welches sonst ohne Christo nicht geschähe, denn zuvor war Gott uns als ein erschrecklicher Stockmeister und Richter, der der Sünde feind ist. Aber wo das Licht des göttlichen Worts aufgehet, da halten wir Gott für unsrer Vater, und Christum für unsren Mittler, Bischof und Lehrer, der uns lehret und täufet, und der Glaube weiss gewiss, dass Christus gen Himmel gefahren sey, und sitze da zur rechten Hand Gottes seines Vaters,

cup

dass

dass er uns gewisslich sehe, auch nach uns frage, und wir hinwieder ihn ansehen. Darnach dass wir auch in der Gesellschaft und Bürgerschaft der Engel sind im Himmel und mit den Engeln umgeben. Obs uns nun drüber übel gehet in der weltlichen Bürgerschaft und der Teufel uns feind ist, und uns in seinem Reich, in der Welt, nicht leiden will, wie sollen wir ihm denn thun? Es liegt nicht viel daran, wir müssens leiden — so wird uns Gott doch nicht verlassen. Wir wollen dagegen eine ewige Herberge und Wohnung im Himmel bekommen. Es wird doch Gott seine Kirche erhalten, ob sie gleich schmal und klein seyn wird, wie sie denn allbereit gering ist, so werden doch etliche Christen bleiben.,, Sic Lutherus verba Christi exhaustire et ad omnia tempora et fata ecclesiae sapienter applicare Solus potuit.

Vides igitur, VIR MAXIME VENERANDE, quo tendat disquisitio-
nis meae qualiscunque finis atque consilium. Iacobo TE inde a pueris
similem quodam modo esse voluit Deus omnipotens. Vocavit TE Lip-
sia, cum laudabiliter vestigiis doctorum Vniversitatis insisteres. Misit TE
doctorem in regiones nostras montanas et hoc ipso anno et tempore
animi oculis legatos divinos super TE ascendentibus et descendenter con-
spexisti. Deus TE constituit episcopum, cum oculi magistratum et
civium Freybergensium super TE ascenderent et descenderent, et nemo
fere esset, cui electio et vocatio TVA displiceret. Approbata sunt omnia
a supremis Saxonicae ecclesiae magistratibus et beati Grundigii, et Vicarii
Ephoriae praeclarissimi Maxime Venerandi Hungeri, quem Deus senectute
laetissima donare velit, subsellia, optime sunt suppleta. Applaudunt
templa, scholae, proceres, cives. Verum provincia TIBI tradita est magna
et ampla, quae curam, sapientiam, doctrinam, lenitatem, dexteritatem,
providentiam, verbo, vires divinitus acceptas, requirat. In manus TVAS
ecclesia Freybergensis evangelica tradidit doctrinam Iesu Christi divinam



eamque salutiferam, et a TE omni, qua par est, gravitate et severitate
exigit, eam ut ornare, conservare, amplificare, et vires, curas, studia,
vitam Christo, ecclesiae auctori et capiti, penitus dicare, vovere atque
consecrare velis. Ad TE erecti sunt doctorum in ecclesiis et scholis
oculi, ut consiliis, monitis et amore vere paterno TE sibimetipſis ducem
fidelem praebreas. Omnes vere gaudent et laetantur, sibi patere viam ad
TE, qui ipſe premis Servatoris nostri vestigia et tam doctrinae soliditate,
quam vitae et amicitiae integritate verum TE praestabis ecclesiae antistit-
tem. Applaudunt sibi invicem, iam adesse desideratum tempus, quo
non amplius dissidia et iniurietias spargat auditorm quorundam malitiosa
peruersitas, qua, quantum est in viribus, doctores, doctrinam sanam, et
morum christianorum severitatem rident, honorige sibi ducunt, ut varii
generis molestias, insidias, invidiam et odia doctoribus cieant. TV
vero eiusmodi pravos homines auxilio divino continebis. Nam TE ipſe
continere vel inde a multis annis didicisti. Plato, uti Cicero ad Quintum
fratrem (Epift. I.) scribit, recte monuit: „Tum demum fore res publi-
cas beatas, si aut docti et sapientes homines eas regere coepissent, aut
ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocaffent.“
Quam igitur beata erit res publica ecclesiastica TIBI demandata, quando
omnes ecclesiae doctores, curae TVAE traditi, videbunt, sibimet exemplo
TVO omne studium in doctrina, sapientia et vitae integritate esse po-
nendum. Quanta erit animi TVI vere paterni laetitia, talibus praefesse
et praecire doctoribus, qui doctrinam Iesu Christi ab omni parte ornent
et amorem TVVM amicum suavemque habeant comitem. Sic incolis
regionum nostrarum metalliferarum, varii generis felicitate a Deo cumul-
latarum coelum semper erit apertum et benignitatis divinae nuntios super
nos ascendentes et descendentes videbimus. Hac divina benignitate fir-
miter nixus atque corroboratus, per tot tantosque et vitae humanae et
ecclesiae casus et fortunas, praefstantiori vitae et felicitati, quam humani
tituli et honores tribuere valent, obviam es iturus, una cum doctorum
agmine,

agmine, quorum doctrina et vita, exemplo TVO instituta, aeterna veritas sarta teclaque ab omni corruptione et depravatione mansit.

Tanta rerum humanarum et felicitatis corporeae est inconstantia atque fragilitas, ut nihil ulterius sit in votis, quam ut Deus TIBI, CONIVGI, Filiis et Familiae per longam annorum seriem bene cupiat, bona verissima largiatur, munerisque TVI magnos labores ad finem unum eumque longe praestantissimum, nimurum Dei et Iesu Christi, filii divini dilectissimi gloriam, ecclesiarumque TIBI demandatarum, salutem verissimam et sempiternam perducat, TEque ex omni parte beatum, felicem atque et corpore et animo incolorem esse iubeat, usque ad diem, quo senex et avi vel proavi gaudiis plenus, animus TVVS vitae humanae curis, laboribus et satietae invictus, coelos ex corpore fugiens, videat apertos, et gloriae per filiam Dei nobis partae, fidelibusque doctoribus promissae, in sempiternum particeps reddatur. Sic vale nobisque omnibus fave.

Die istlebenden Prediger der Freybergischen Dioeces sind folgende:

M. Samuel Friedrich Stürz,
Past. und Adjunct. in Erbisdorf.
M. Johann Gottfried Frey,
Past. und Adjunct. in Dederan.

M. Johann George Creuz,
Past. und Adjunct. in Frauenstein.
Siegmund Friedemann Carl Nothe,
Past. und Adjunct. in Nossen.

Nach Umlauf der Missionen.

I. Der obere Kreis.

Johann Gottfried Große,
Past. in Tuttendorf.

Gottlob Christian Leber. Kreßschmar,
Past. Subst. in Conradsdorf.

M. Christlieb Lebrecht Kreßschmar,
Past. Sen. und

Gottlob Friedrich Weiner,
Past. in Crummenhennersdorf.

Johann

- Johann Lahobe,
Past. in Bieberstein.
- Johann Michael Löser,
Past. in Reinsberg.
- M. Johann Gottfried Lüse,
Past. in Dittmannsdorf.
- Christian Gottlob Wilisch,
Past. in Mohorn.
- Carl Adolph Lehmann,
Past. in Herzogswalda.
- M. Gotthelf Christian Kresschmar,
Past. Sen. und
- Gotthelf Christian Kresschmar,
Past. Subst. in Niederschöna.
- M. Christian Gotthelf Meyer,
Past. in Naundorf.
- M. Johann Heinrich Leschner,
Past. Sen. und
- M. Friedrich Gottlob Leschner,
Past. Subst. in Niederbobritzsch.
- Ehregott Leberecht Sam. Köhler,
Past. in Oberbobritzsch.
- M. Immanuel Gottlob Brückner,
Past. in Colmnitz.
- M. Christian Theod. Küchenmeister,
Past. in Dorfshain.
- M. Friedrich Samuel Frißche,
Past. in Preßendorf.
- M. Christian Emanuel Golze,
Past. in Burkendorf,
- M. Carl Gottlieb Walther,
Past. in Dittersbach.
- Gottfried Immanuel Zachariae,
Diac. in Frauenstein.
- Friedrich Gotthelf Ackermann,
Past. in Kleinhartmannsdorf.
- M. Johann Paul Bielitz,
Past. Sen. und
- M. Johann Friedrich Bielitz,
Past. Subst. in Kleinhennersdorf.
- Johann Gottlob Wagner,
Past. in Hermsdorf.
- M. Christian Gottlieb Rose,
Past. in Nassau.
- M. Johann Gottlob Wagner,
Past. in Clausnitz.
- M. Christian Gotthold Herrmann,
Past. in Rämmerswalda.
- M. Gottfried Benjamin Flemming,
Past. in Neuhausen.
- M. Michael Leberecht Tauscher,
Past. und
- M. August Friedrich Vogel,
Diac. in Sayda.
- M. Christ. Heinr. Liebegott Chalybäus,
Past. in Pfafferoda.
- M. Carl Gottlob Schönherz,
Past. in Oberneuschönberg.
- M. Friedrich Gottlob Henkel,
Past. in Dörenthal.
- M. Chri-

- M. Christoph Gottfried am Ende,
Past. Sen. und
- M. Christoph Gottfried am Ende,
Past. Subst. in Voigtsdorf.
- M. Johann David Gottlieb Unzer,
Past. in Dorfchemnitz.
- Christian Gottfried Seyler,
Past. in Zetha,
- M. Johann Christian Tzschirner,
Past. in Helbigsdorf.
- M. Gotthelf Zacharias Vogel,
Past. in Mulda.
- M. Johann George Wagner,
Past. in Lichtenberg.
- Christian Ehregott Wunderlich,
Past. in Weisenborn.
- M. Johann August Linse,
Past. in Berthelsdorf.

II. Der niedere Ereyß.

- M. Carl Gottlob Friederici,
Diac. in Erbisdorf.
- M. Johann Engelhardt Schröder,
Past. in Langenau.
- Peter Vöhme,
Past. in Gränitz.
- M. Franz Gotthold Hartwig,
Past. in Großhartmannsdorf.
- Johann George Becker,
Past. in Forchheim.
- Erau-Ehregott Lieberecht Dietrich,
Past. in Leppersdorf.
- M. Christoph Friedrich Schröder,
Past. in Großwaltersdorf.
- M. Christoph Gottsf. Leber. Schwarze, Christian Gottlieb Schmidt,
Past. in Eppendorf.
- M. Christian Sam. Gottsf. Grohmann, M. Johann Andreas Spiegler,
Past. in Gahlenz.
- M. Johann Benjamin Eckhardt,
Diac. in Dederan.
- Johann Dankgott Schneider,
Past. in Frankenstein.
- M. Christoph Friedrich Arnold,
Past. in Bockendorf.
- M. Erangott Benjamin Schell,
Past. in Pappendorf.
- M. Polycarpus Lechla,
Past. Emerit. und der gesammten
Freybergischen Dioeces Senior,
- M. Polycarpus Ehrenfried Lechla,
Past. Adjunct. und
- M. Johann Andreas Spiegler,
Past. in Ringenthal.
- M. Gottla

Zd 6234 off x 3074001

XXIV

- M. Gotthelf August Lechla,
Past. in Greifendorf.
- Wilhelm Gottlieb Reiß,
Past. in Ezdorf.
- Heinrich August Eppke,
Past. und
- M. Johann Christian Bohne,
Diac. in Rosswein.
- M. Johann Gottlob Ludewig.
Past. in Gleißberg.
- M. Carl Friedrich Tzschirich,
Past. in Marbach.
- M. Christian Leberecht Geyder,
Past. in Siebenlehn.
- M. Christian Friedrich Uhle,
Past. in Obergruna.
- M. Johann Friederich Wittich,
Past. in Großschirma,
- M. Christian Gottlieb Claubius,
Past. in Langenhennersdorf.
- Christian Leberecht Noch,
Past. in Kleinwaltersdorf.
- M. Johann Gottfried Beyer,
Past. in Oberschöna.





Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
B.I.G.	Black																			
Blue																				
Cyan																				
Green																				
Yellow																				
Red																				
Magenta																				
White																				
3/Color																				

Farbkarte #13

PERTO ET ANGELIS SVPER
MINIS ASCENDENTIBVS ET
DESCENDENTIBVS.

NCVLA GRATVLATORIA

V I R O

VENERANDO

G OTTL OB
C H T E R

PERINTENDENTI FREYBERGENSI
GRAVISSIMO,

N V S E P H O R A L E

S C H A T . C I C I C C L X X I .

A D I R E T

D I C A T A

R I B V S D I O E C E S I S
E Y B E R G E N S I S

P E R

F R I D E R . M V D R E

. M I T T E L S A Y D E N S .

R E Y B E R G A E ,
B A R T H E L I A N I S .

